



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

An licentia hæc valida sit sine scriptura.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

persona esset proprij Monasterij: dummodo sine fuco, & falacia secuta iudicaretur pecunia, quod scilicet in alios usus non consumeretur. Ratio est, quia jam satis superque finis à lege intentus haberetur.

Quid intelligatur per illud (pro Missis perpetuis.)

16. Dubitabis sextò. An pecunia relicta non pro Missis dicendis in perpetuum, sed in longum tempus, v.g. pro quadraginta, vel centum annis, ex vi huius Decreti sit modo dicto investienda?

Respondere negativè cum Lezzana. v. *Missa num. ff. Perpetuum, l. Iurisfectorius ff. de excusat.* tur significat propriè tempus non habens certum finem, et ideo æquum de tempore centum annorum, immo infra centum annos, dicatur etiam perpetuum. In legibus autem benignior semper interpretatio est faciendâ, ut quanto minus possimus libertatem lædere concedamus. Possunt tamen ex alio capite astringi executores, vel legatarii ad investendum, ut scilicet talem pecuniam fructuose investiant, quo securius datum onus à Successoribus pro suo tempore, impleatur.

§. VII. *Super illud §. primi num. 12. Ad hæc Sacra*
Congregatio, &c.

Vbi

Præcipitur ne suscipiantur onera perpetua sine licentia.

Præcipit Sacra Congregatio sæcularibus Sacerdotibus sub Interdicti ingreffus Ecclesiæ, & Religioſis ſub privatione, & inhabilitate ad Officia, privationeque vocis activæ, & paffivæ, ipſo facto, incurrendis, ne ſuſcipiant onera perpetua Miſſarum, ſine licentia in ſcriptis, & gratis concedenda ab Epifcopo, ſeu Vicario Generali, vel Generali, ſeu Provinciali.

2. Et quia dubitatum fuit, in hac prohibitio dirigetur non solum ad Rectores Ecclesiarum, sed etiam ad privatos Sacerdotes, si quando illis tale quid relinquatur Respondeo n. 44. etiam ad hos diri.

Notandum est autem illud *onera perpetua*, nam propterea rectè non nemo Verricell. tr. 8. q. m. 4. advertit, Capellaniam amovibilem non includi in hac prohibitionē.

*Ad quosnam dirigatur prohibitio suscipiendi onera
perpetua sine licentia?*

3. Sed adhuc dubitabis primo quosnam comprehendar dicta clausula? Occurrit enim non raro, ut testator committat hæredibus, vel alteri cui libet, ut eligant Sacerdotem, qui celebret Missas ad intentionem ipsius Testatoris; quo Sacerdote mortuo, eligant alium, & sic in perpetuum; Dubitabis ergo, an dicti hæredes ut acceptent hoc onus eligendi Sacerdotem qui se obliget ad dicendas Missas, indigeant licentia Episcopi?

4. Respondeo non indigere. Ratio est quia in hoc casu, nec hæres, nec alter, (quantumvis Rector Ecclesiæ fortasse sit) suscipit onus Missarum, sed curam procurandi, ut alter sub annuo stipendio, veluti sub manuali elemosyna se obliget ad Missas, de qua cura præsens Decretum non loquitur.

An poena hic lata requirant sententiam declaratoriam.

5. Dubitabis secundo. Cum pœnæ relatæ n. i. incurrantur ipso facto, & absque declaratione, an adhuc necessaria sit sententia declaratoria criminis, hoc est sententia Iudicis legitime pronuntiantis transgressorem recepisse condicem perpetuum sine licentia?

6. Respondeo. Communis doctrina est, quod aliquæ
pœnæ impositæ ipso facto in legibus non indigeant
ejusmodi sententia. Lege Thom. Sanchez *lib. 9. de ma-
trim. disp. 30.* Laym. *de legib. tract. 4. cap. 15. n. 5.* aliosque

ibi citatos. Tales sine dubio censentur ab omni
næ Excommunicationis, Suspensionis, Interdic-
tularitatis ipso facto lata: alique vero indige-
re sine dubio item sunt pœnæ Mortis, Ausul-
torum, Exilij, in quibus etiam dicatur, quod
transgressor ipso facto, & ab aliâ declaratione non
incurrat, licet ex vi talis clausulæ non sit necesse-
taria declaratoria pœnæ, hoc est, sententia, quæ
pronuntiet talem transgressorem incidisse in iudicia
necessaria est nihilominus sententia declaratoria
nis, hoc est, sententia, quæ pronuntiat talem trans-
gressorem incidisse in tale crimen, ad quod se trans-
sequitur: cur autem ita sit in his, & non in aliis
Respondet Sanchez *loc. cit.* se non invenit auctori-
tatem, sed solum, quia ita usu receptum est.
7. Inhabilitas autê ad beneficia, & inhabilitas ad
gremium ferendum ipso facto lata utrum sit in iudi-
camentum declaratoria criminis, an non, est consi-
derandum? probabile tamen censet Sanchez *loc. cit.* in-
gere, ut videtur, facile & apud ipsum.

8. Ex his, in casu nostro, distinguendum omnino
Vel enim dubitatio præfens procedit de Sacro-
secularibus, contra quos fulminatur pœna le-
gæ ingressus in Ecclesiam, & tunc dico, hanc non
sententia declaratoria criminis, sed statim talis
gressores se tuncquam interdictis abstinere debere
ejusmodi ingressu. Ratio est, quia interdictum
diximus, numeratur inter pœnas, quæ tali sententia
indigent. Vel dubitatio procedit de Religiosis,
imponitur pœna inhabilitatis ad officia, & privatio
vocis activæ, & passivæ: & tunc Dico hanc non
satis probabili, indigere, ac propterea ante sententiam
non obligari transgressorem Religiosum fore inabi-
litem; & privatum gerere. Ratio est, quia in-
tas ac officia, & privatio vocis activæ, & passivæ
idem sunt cum inhabilitate ad Beneficia, & ad
ferenda, vel perinde se habent, ac illa quæ (ut
maxime ex probabili septentia) talem sententiam de-
ciam requirunt.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

Quis possit absolvere in praeiudicio.

9. Dubitabis tertio. Quis possit absolvere hujusmodi
si forte in illas aliquis incurrerit?

Respondendo; Si hæc pœna esset Summo Pontifici reservata, rursus si incurteretur propter edictum adulterio gravior, esse aliqua difficultas; nunc relictis est responso, posse nimirum absolvi, vel ab Ordinario, vel à superiore Regulari respectu ad iustitiam. Sic Lezzan. t. 1. cap. 20. n. 34. & p. 5. Ratio est, quia cum non sit reservata, semper Ordinarij, & Regulari intelliguntur esse in suo iure valendi eas remittere, quod incurterunt ob crimina minus graviaquam illa reservata, ex declaratione Alexandri III. cap. Ab his de adulterio. at certe adulterio minus grave dicitur de quo agimus.

An licentia hæc valida sit sine scriptura.

10. Dubitabis tertio de validitate licentiae, quae
requiritur, si forte habeatur, tantum ore tenus.

Respondendo adhuc tunc fore validam. Ratio est, quod illud, quod habetur in Decreto (*cum licentia in scriptis concedenda*) notat modum, non conditionem, quod adiectum actui perfectiori: quoniam ergo tunc non viciatur actus, ut vidimus supra l. 1. c. 4 §. 5. n. 50. nec viciatur hæc licentia, si scriptura deficiat. Quod autem scriptura hic, ut modus, non ut conditio, requiritur, solenniter non patetur, inde probatur: Quia ex Sanchez, l. 6. *matr. disp. 33. n. 2.* forma exprella in mandato, quando non pertinet ad essentiam actus non habet necessitatem conditionis sed modi actum non viciantis: At scriptura non pertinet ad substantiam licentiz ut ex la. p. 2. ergo, &c.